



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDLXXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

ta cum lachrymis, En meus, inquit, filius miseram
relinquit: intercedere vos, & vestris apud Deum
precibus abscentem retinete. Admonent nostri, spem
in Deo omnem, ac Deipara collocandam. fecit ni-
hil hæsitans. mirum dictu: eo ipso temporis plu-
eto retroagi morbus cœpit; & alleuari adolefcens.
Alia ibid. nostri hortatu orare B.V. & sperare iussa,
ad B.V. imaginem manus tendens: DEI Mater, in-
quit, sanitatem petenti restitue, ut valenti corpo-
re, & animo valeam tibi in posterum deseruire.
Nec vanam fuisse fiduciam fides valetudinis firma-
uit. Petenda nobis est à DEI Matre fiducia, & ar-
dor ille amoris, è quo illa proficisci consuevit,
atque id flagitandum est etiam pro ihs qui à nobis
opem petunt; vt non solum nostri, verum eorum
etiam qui ad nos pertinent curam suscipiat. Hoc
agebat S. Cath. Senensis Virgo illa diuinitatis in-
stinctu plena cùm ad B. V. diceret: Rogo te pro dñ
lectissimis filiis eruditis à te mihi, ut ignias eos, ita ve-
sini carbones non extincti, sed ardentes amore charita-
tis tuae, & proximorum.

A N N O M D L X X X I X.

310 Neapoli quidam (aiunt literæ huius anni)
piani vitam egerat diu: quam paulatiū intepescens
etiam posthabuit; hoc iam deterior, quod non
vitijs modò prouehebatur, sed & prauā animi con-
tentione. Adit ad eum ingrauescente valetudine
vnus è nostris, quasi per officium: persuadet, vt
ex veteri consuetudine confugiat ad auxilium DEI
Matris, & Sanctorum, quos patronos olim ha-
buisset. Nec frustra, reuocatur Sacerdos (cùm
tamen æger aliás de confessione monitus dissimu-
laret, seii negligeret) denūm æger sanctissime ex-
piatus decedit è vita. S. Ioannes Damascenus, Hic

Duros
corde ad
B.V. re-
mittere.
Vid. Incis
n.64.

orat. 2. de
Ag. B.V.

peccatoribus; inquit, syngraphæ lacerabantur. Illa-
cum Sanctis nostris quibus curæ sumus facier, vi-
nostrorum quoque peccatorum syngraphæ laceren-
turi. Quare ij qui duri sunt, ut conuertantur ad cor-
ad illam, & ad Sanctos mittendi.

pag. 23.
Socia-
tis candi-
datos
Deiparae
commen-
dare.
2.Ian.
Incitam.
Grac. n.65

311. Etiam eos qui ad Societatem adspirant
cordi esse Deiparae expertus est æger Sodalis ille qui
se ordinii nostro aggregare constituit, de quo,
quid à Deipara sit beneficij consecutus, videnda
sunt Neapolitanæ annuæ; quæ postea etiam addunt
Deiparam ab illo inuocatam, & ab ea febrim illi
depulsam. S. Ioseph Græcus in Menæis, Salve-
rait ad Virginem, ò cadentis mundi erectrix, Salve
remedium doloris! Ex huius manu sumenda est me-
dicina quæ nobis ægris offertur.

A N N O M D X C. ha

Nostris
in tēplis
cultam
B.Virgi-
nem in-
uocare.

Dmtoe
la 26103
Vid. Incit.
n.66.

orat. 4.

312. Do ea quæ accipio è literis Domus Profes-
sæ Neapolitæ. Matrona nostri Ordinis studiosa-
cùm longè ægrotaret ab Urbe, & consumptis viri-
bus non longius à morte distaret, cupiebat extre-
num spiritum effundere in aspectu nostrorum. Tum
conuersa ad imaginem Dei Genitricis, ei consimi-
lem quæ colitur nostro in templo: O Iesuitarum,
inquit, Virgo, impetra mibi à Filio tantulum vitæ, ut
te reniram! moriar libens. Quare cùm admirabilem
cepisset spem in animo, corporis quoque valetudi-
nem recipit. Etiam ea quæ in Sodalitate in effigie
suâ colitur Virgo Sodali ibidem multifariam salu-
taris fuit: quod vide in annuis. Non vanum fuisse
visum, obtemperantis exitus ostendit. Dicamus
huc id quod S. Isidorus Archiepiscopus dixit ad
Virginem: Propter te percipitur si quid in hac vita
iucundum est, & ineffibilis futura vita letitia nobis
conceditur.

Duo